

divine' gerade in den Papsturkunden des 11. Jh. vorkommt<sup>1</sup>.

II. Papst Lucius III. nimmt das Kloster Bleidenstadt unter Abt Jofredus in seinen Schutz und bestätigt seine Besitzungen. Anagni 1184 Februar 21.

Abschrift des 17. Jh. im Bleidenstädter Kopiar zu Würzburg S. 124<sup>2</sup>.

Lucius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis Iofrido<sup>3</sup> abbati monasterii sancti Ferrutii de Blijdenstad, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quotiens a nobis petitur, quod religioni et honestati convenire dinoscitur, animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Eapropter, dilecti in domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum monasterium sancti Ferrutii de Blijdenstad, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter<sup>4</sup> observetur. Preterea quas-cunque possessiones quecunque bona idem monasterium inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Wallau, Scherstein, Kemmade, Wedergiß, Bobenheim, Kungelbach, Michelnbach<sup>5</sup>, Holtzhußen, Habichescheit, Wersdorff, Strentzge minorem et maiorem et Lidelbach cum omnibus

---

1) 'Quoniam divine', mit mehr oder weniger ähnlicher Fortsetzung wie oben, ist bezeichnend für die Urkunden Alexanders II. von 1068—1070, s. JL. 4657. 4660. 4661. 4666. 4671; vgl. JL. 3976 von 1011 mit 'Quoniam divina', und ebenso JL. 4476 wieder Alexander II. von 1062; 'Quoniam divini' JL. 5832 von 1100. Ob eine Papsturkunde zum Vorbild gedient hat, wird man danach noch nicht sicher sagen können. Freilich sind für einen Abt die Ausdrücke der Arenga — 'in fascibus constituti regere debemus' — etwas grossartig gewählt. 2) In dem Abdruck sind kleinere Schäden der Hs. stillschweigend verbessert, alle wichtigeren Abweichungen jedoch angemerkt. 3) 'Sofrido' Hs. 4) 'inviolabitur' Hs. 5) 'Michelnbacch' Hs.